



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 6. Sacerdotes Eleemosinis erogandis incumbant & liberalitati
studeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

CAPVT VI.

Sacerdotes eleemosynis erogandis incumbant, & liberalitati studeant.

Vniuersa lex, quæ utroque testamento continetur, in primis opera misericordiae Sacerdotibus commendat, liberalitatem inquam, largitionem & eleemosynas, ijsq; suadere conatur, ut quidem Augustinus testatur, illos non possessores, sed dispensatores dumtaxat Ecclesiasticorum bonorum debere appellari. Ut hinc discant rebus mundi huius non adhaerescere, cum Deus illos non ad ea possidenda, sed ad eadem pauperibus alijsque communicanda elegerit.

Ideo, ut Nannetense Consilium tradit, *instruendi sunt Presbyteri, pariterq; admonendi, quatenus nouerint decimas & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hospitem & peregrinorum esse stipendia: atque ideo eadem non ut propria usurpanda, sed velut fidei commissa. Agnoscant proinde, esse sibi aliquando de ijs coram Deo, in vniuersalis iudicij die, rationem reddendam, quæ si indebito modo usurparint, nec in pauperes dispertuerint, acriter se corripiendos. Hoc igitur documentum mentibus vestris imprimite, Sacerdotes, ac noueritis reditus & census Ecclesiasticos non in vestrum solum usum institutos, sed vobis in manus traditos, ut pauperes eorum etiam redderetis participes.*

Facultates Ecclesiarum, ait Bernardus, patri-

Sacerdotes dispensatores sunt bonorum Ecclesiasticorum non possessores. *Epist. 50.*

luc. 3. p. c. 20. ex Con. Nann. Sacerdotum bona non nisi bona commendataria sunt.

Nihil è
bonis Ec-
clesiasticis
Sacerdotes
vsurpent
præter
victum &
vestitum in
illud Matth.
Ecce nos.

Epist. 2.
Sacilegiū
est bonis
Ecclesie
abuti.

Tenere
quid ultra
necessitate
rapere est
Dist. 42. in
princip.

Epist. 3. ad
fratres erem.
Sacerdos
in pauper-
tate viuat.

Contentus
victu & ve-
stitū fuit
S. Hiero-
nymus.
32. q. 2. c.
clericum.

patrimonium sunt pauperum: Res pauperum
pauperibus dare, par sacrilegio crimen esse
agnoscitur; & quidquid rerum harum ministris
dispensatores, non domini, non possessores, ve-
tra vestimenta & victum subtrahunt, furtum &
rapina est, sacrilegium est. O verba terribilia
Audite, Sacerdotes quid, sanctus hic vir docet
Pauperibus scilicet non dare, bonisque Eccle-
sticis abuti, esse bona aliorum detinere, esse
rapere, & sacrilegium committere.

Noris, Sacerdos, ait idem Bernardus, quidquid
præter necessarium victum, & vestitum simpliciter
de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrile-
gium est. Quid igitur prodest, Sacerdotes, res
mundi ad eum indulgere, totque diuitias coacer-
uare, si easdem custodire furtum sit, & sacrile-
gium?

Eiusdem quoque sententiæ est Hieronymus
aitque *Aliena rapere conuincitur, qui ultra neces-
saria sibi retinere probatur.* Quotnam igitur ho-
mines in Ecclesia fures sunt, qui ultra necessaria
diuitias coaceruant?

Memento, ait Augustinus, quod pauperem
tam Sacerdos gerere debet: si enim insolecat
superbiat, si optima beneficii possideat, præter
victum ac vestitum, ne de superfluo elemosinam
nam facere differat, quia omnia pauperum sunt
Solum vitam ex beneficijs sustentet, quæ
restant in pauperum vsus conferenda sunt.

S. Hieronymus huius animi cum esset, dice-
ausus est, ac de se liberè profiteri: si pars
domini sunt & fors hereditatis eius, & cum ce-
ris tribubus non sortiar, sed instar Leuitæ &
Sacerdotis è decimis victitem, & altari deseruiam
de altari viuam; *Habens victum & vestitum*

contentus ero, & nudam crucem nudus sequar. Huius igitur Patris exemplum secuti, Sacerdotes, sufficiat vobis, victum & vestitum habere, atque ab omni ambitione sequestrati, crucem Christi nudi sequimini.

Sacerdotes igitur cum non nisi æconomi & Sacerdotes vni fructuarij bonorum Ecclesiasticorum sint, li- sunt æco-
bentereleemosynas largiantur, recordenturq; nomi bo-
sententiæ Diui Hieronymi, quòd qui de bonis norum Ec-
Ecclesiæ pauperibus quid largitur, Domino red- clesiæ.
dat ea quæ ipsius sunt: cogitent adhæc necesse In Ezech. 46
est, ad hoc à religionis, officij, & legis ratione
se obligari. Et meritò nam bona Ecclesiastica
quæ iure diuino ad pauperes spectant, cum ijs
liberalitate quadam per eleemosynam confe-
runtur, domino datur, quod domini est.

Lex quoque Mosaica est, si vnus de fratribus Deut. 15.
tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, ad Eleemosy-
paupertatem deuenierit, non obdurabis cor tuum, na in vete-
nec contrahas manum, sed aperies eam pauperi; vt ri leges pr-
benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore. scripta.

Qui igitur eleemosynas elargiuntur, & indigen-
tibus succurrunt, cælestem benedictionem pro-
merentur, Deusque in cunctis quæ agent, illis fa-
uebit.

Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli Eleemosy-
auertere faciem tuam ab vilo paupere; ita enim narij di-
fiet vt nec à te auertatur facies Domini; aiebat tantur in
senior Tobias filio suo, Quomodo potueris, ita diem iudicij.
esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter Tob. 4.
tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum
libenter impertiri stude. Premium enim bonum ti-
bi tesaurizas in die necessitatis. Vos hoc tangit,
Sacerdotes, vosque inuitat, vt vestra in paupe-

res effundatis, vt in magno iudicij die dites coram iudice compareatis, cum magna vndique necessitas vos premet.

Numquã Senior Tobias cum in mortis articulo confitutus filium commoneret, & ad vitam piẽ honesteque traducendam exhortaretur, inter cetera comedere debent *Panem tuum cum esurientibus & egenis comedere & de vestimentis tuis nudos tege.* Eadem admonitio ad omnes Dei filios pertinet, & presertim Sacerdotes, qui numquam panem suum comedere debent, quin sua pauperibus cedat portio: nec vestimenta parare, quin modicam partem recipiant.

Ita fecit
Iob.

Iob. 31.

Iob hoc nomine gloriatur apud Deum dicens, *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, &c. brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Sanctis hisce imprecationibus ostendere Propheta volebat, quod illos manibus brachijque indignos esse, qui caritatem non exercent, & in eleemosyna profundenda tenaces sunt.

Beati qui
pauperum
miseretur.

Psal. 40.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, inquit Psalmista, *in die mala liberabit eum Dominus,* Hoc cogitate Sacerdotes, & beati esse volueritis, & in die iudicij proprium sentire Dominum, in pauperes vos benignos ostendite.

Prou. 14.
Pauperum
miserando
honoratur
Deus.

Honorat factorem eius, qui miseretur pauperum, ait Sapiens. Sacerdotes honorabiles, pauperum igitur miseremini, ita enim honoratis eum quo Esse vestrum accepistis.

Prou. 19.
Eleemosy-
nam dans,
Deo foene-
ratur.

Proverbum apud Salomonem est, *foeneratori Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.* Tales foeneratores fieri non possunt Sacerdotes, & pauperibus largiri.

mini, vt vobis vsuram suo tempore persoluat.

Sapiens item alio loco dixit, & bene, *Qui dat pauperi, non indigebit: qui decipit depra-* cantem, *sustinebit penuriam.* O mirabilia, o paradoxa! pauperi tribuendum est, si breui ditescere velis, sed qui indigentium enixè orantium frustrabitur vota, breui ad inopiam redigetur.

Idem quoque alibi, *Mitte quoque panem super transeuntes aquas, quia post tempora multa mouens illum.* Docere hoc ænigmate sapiens voluit, eos qui eleemosynas conferunt ijs, qui tribulationum & necessitatum aquis innatant, eam non incassum fundere aut perdere, sed serius aut citius tandem aliquando cum maxime opus fuerit, inuenturos, magnaque ab illa tum bona accepturos.

Iterum, *Qui facit eleemosynam, offert sacrificium.* Vos verò, Sacerdotes, illi oblatores estis, saepe igitur magnum illud Eleemosynarum sacrificium offerte.

Euersæ & subuersæ Sodomæ causam rationemque enarrans Ezechiel, duas potissimum depromit, superbiam scilicet, & amaritiam, id est illiberalitatem in pauperes. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, &c. & manus egeno & pauperi non porrigebant.* Sibi igitur Sacerdotes caueant, ne superbia ac vanitas, & rara eleemosynarum largitio ruinæ tandem suæ exitijque sint occasio.

Redemptor noster Christus hanc in pauperes erogationem commendauit dicens, *Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat.* Sacerdotes quorum arca vestibus, & cibus mensæ redundant.

Qui eleemosynam dat breui ditescet.

Eccl. 11: Qui dat eleemosynam semper eam inueniet.

Eleemosyna sacrificium. Eccl. 35.

Sodomæ ruina quod tenax fuerit. Ezech. 16:

Christus e- lemosynam docet. Luc. 3.

dant, si Christo bene monenti obedire velint
& ad Euangelij præscriptum viuere, pauperum
eorundem faciant participes.

Delictorū
remissio
generalis
promissa
eleemosy-
narijs.
Luc. 11.

Quin & generalem delictorum remissionem
& indulgentiam plenariam promittit ijs
eleemosynam fecerint, dicens, *Date eleemo-
synam, & ecce omnia munda sunt vobis. O lucule-
tam mercedem!* Quis igitur non omnia sua
egenos conferat, quis non eleemosynas eroget
cū generalis iubeat, & absoluta criminum
remissio illas sequatur?

Omnia
Deus vult
vendi, & in
egenos di-
uidi.
Luc. 14.

Præcipit etiam omnia diuendi, & præcipit
in pauperes erogari, *Vendite*, inquit, *quæ
habetis, & date eleemosynam.* Christi hoc consili-
& monitum; beati verò qui consulenti auctori-
tatem.

Pauperes
Sacerdotū
mense sem-
per adhi-
beantur.
Luc. 14.

Scriptum est in Euangelio, *Cū facis con-
tributum, voca pauperes, debiles, claudos, & cecos, & cetera.*
*tus eris; quia non habent retribuere tibi: retribu-
tur enim tibi in resurrectione iustorum.* Hoc imitari
Sacerdotes & cū conuiuium quoddam in-
ueniunt, meminerint, ad ipsum vocare pauperes,
sequi beatos prædicent, quòd mercedem ac
munerationem eius apud Deum in caelesti-
gione percepturi sint.

Illi carita-
te carent
qui in
pauperes
immites
sunt.
1. Ioan. 3.
Sacerdos
ut homici-
da est qui
pauperi nõ
succurrit.

*Qui habuerit substantiam huius mundi, & non
rit fratrem suum necessitatem habere, & claudos
viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in
Hæc dilectus Deo Ioannes. Inter Ecclesiasticos
verò illi erga Deum caritate carent, & eger-
hac virtute destituti sunt, qui cū opibus ab-
dent, & viderint multos inopia premi, in-
peres misericordiam induere nolunt.*

Audi & longè aliud, homicidæ loco &
gularis ille habetur Sacerdos, qui fratribus

id est consacerdotibus, inopia pressis & afflictis non succurrit. Audite Apostolorum decretum & *Can. 59.*
apost.
 canonem: *Si quis Episcopus vel presbyter, cum sit aliquis clericus egenus, ea que sunt necessaria non suppeditat. segregetur: si vero etiam tunc dare distulerit, ut homicida & fratris interfector, degradetur, & ab officio suspendatur.* Quot hodie igitur (proh dolor!) homicidas reperire est! cum tot sint Præsules & opulenti Sacerdotes, qui confratribus suis necessitatem patientibus ne obolum largiuntur?

Qui succurrere potest perituro, si non succurrit, Necessitate occidit. Hoc animo insculpant Sacerdotes, & vite pressis deant diligenter, ne si pauperum succurrere qui non necessitatibus neglexerint, multorum homicidiorum rei constituentur. *succurrit, necat.*

Idem quoque habet S. Ambrosius, *Pasce famem morientem quisquis enim pascendo hominem servare poteris, si non paveris, fame occidisti.* Audi hoc Sacerdotes, cogitentque quotnam occidant, cum tot homines reperiantur, erga quos non maiori compassione commiserationeque tangantur, quam si animalia forent aut bestie. *S. Greg. p. 3. post. admon. 22. Lactant. de vero Dei cultu. c. 20. Dist. 86. c. eodem.*

At plura S. Hieronymus, *Amico rapere quid-
 piam, furtum est; Ecclesiam fraudare, sacrilegium est: accepisse quod pauperibus erogandum sit, scopi. omnium prædonum crudelitatem superat.* Audi Sacerdotes qui regum & Principum eleemosynarij dicimini, & non nisi magnatibus eleemosynam erogatis; esse vos, dum quidquam pauperibus erogandum retinetis, fures, prædones, & sacrilegos. *12. q. 2. c. Gloria Epi. Pauperum eleemosynam tolle- re prædones, & num est.*

Hoc ipsum rursus tangens Ambrosius ait, *in Psal. 119.*
Cave ne intra loculos tuos includas salutem inopum,

N

Etiam-

& tamquam in tumulis sepelias vitam pauperum
 Loculi Sa- &c. Dicere vult, auaros Sacerdotum loculos
 cerdotum perum sepulchra ac monumenta esse: cum eo-
 avarorum enim aperire renuunt & benefacere pauperibus
 sepulchra mortis illorum causa sunt, efficiuntq; vt vel fame
 pauperum. vel dolore emoriantur.

*Aurum Ecclesia habet non vt seruet, sed vt eroget
 & subueniat in necessitatibus: quid enim iuuat
 seruare, quod ad nihil vtile est?* An nescimus quomodo
 Ambros. 12. q. 2. c. eod. & Greg. c. 6. Epist. 13 & 35.
 In alimoniam pauperum vasa sacra alienari possunt.
 tum aureorum argenteorumque vasorum est templo Domini abstulerint Assirij? an non factum est Sacerdotes iisdem pauperibus opitulari, si aliquid iuuandi non suppetat ratio, quam si sacrilegum litum & hostium manus eadem auferat? Vnde colligere est vasa sacra & suppellestem templorum diuendi & alienari posse, vt pauperibus ita de alimentis prospiciatur.

An non dicturus est Dominus, inquit Ambrosius, Cur passus es tot inopes fame emoriri habebas tamen, quibus eorum succurrere tua pietas posses. Cur captiuos abduci in seruitutem passus es, & quoniam redimere noluisti, iugulati sunt! Satius fuisset vasa illa vitalia, quam aenea conseruari. Vnde inferre vult, & ego pater, ad pauperes alendos, & captiuos redimendos, thesauros Ecclesie distrahi licite potest, & multo conducibilius esse homines, quam aurum, & os calices, argenteas lances, aliaque vasa pretiosa conseruari.

Prospiciendum suadet Chrysostomus, ne Ecclesie thesauri vel nimij sint, vel etiam exigui, sed videndum, vt quae Ecclesie erogantur, continuo indigentibus distribuantur: ac necesse est vt

Lib. 3. de Sacerd. Thesauri Ecclesie pauperibus erogandi.

ut Ecclesie thesauri in pauperes effundantur. Thesaurus enim Ecclesie patrimonium pauperum est, & quidquid Deo datur, publica servare necessitati debet.

Cogitate Sacerdotes, qui diuitijs abundatis, *De ieiun.* ait S. Leo Papa, pauperibus potuisse Deum eas *X. mens.* demopes contribuere, quas vobis elargitus est; *serm. 5. & 8.* sed ineffabili sua misericordia vos per caritatis *serm. 1. de* opera, illos per malorum tolerantiam æqua- *collect.* nimitatemque iustificare voluit. Insinuare vult, Per opera in hoc Deum potentiam suam ostendere, quod charitatis scilicet Sacerdotibus idem diuitias elargia- Sacerdotes tur, ut eleemosynas ex ijs largiantur, atque Deus iusti- hac ratione salutem & beatitudinem sibi acqui- ficat. rant.

Audacter igitur eleemosynam date, quid- In tuto quid enim pauperibus datur, in loco securo & sunt quæ tuto deponitur: aitq; S. Cyprianus, *Patrimonium pauperib.* quod Deo creditum est, nec à republica eripi, nec à fi- dantur. sco inuadi, nec ab aliqua calumnia forensi everti: tuta De opere & enim est successio, cuius Deus tutor, custos & con- eleemos. seruator est. Quidquid autem in mundo est; casibus & fortunæ ludibrio expositum est; at quæ pauperibus dantur, in loco tuto asseruantur.

Da pauperi, ait Basilus, ut detur tibi: quia *Orat. 13. de* quidquid pauperi dederis, tu habebis? quod pau- eleemos. peri non dederis, habebit alter. Vnde patet elee- Quidquid molynam dando, nihil amitti, retinendo verò pauperi & nihil dando, omnia diripi & casibus exposita datur, red- detur nobis.

Dicit tibi Christus, ait S. Augustinus; Da mihi *Deus se fa-* ex eo quod tibi dedi: de meo quero, da & red- cit debito- rem eorum de: habuisti me largitorem, fac me debitorem, *rem eorum* habeam quæ pau- peri datur.

Serm. 15. de verbis Domini. *habeam te fœneratorem, vsuram solvam. temporaria tibi mihi elargiris, at ego tibi reddam aterna. Oratorabilia! Eorum se Deus debitorem esse ait, qui pauperibus donantur.*

Quin & alia longè maiora; numquam malè ille moritur qui benè eleemosynā dedit *ad Neposian.* ille peribit morte, qui benignum se in pauperibus & egenos, dum viveret, ostendit. Quod & ceteroculo suo affirmat Hieronymus, *Non legisse memini mala morte mortuum. qui libenter operam caritatis exerceret: plures enim habet intercessores. Et fieri non potest, plurium preces non exaudiri.* His se verbis consolentur Sacerdotes beneficiis enim in erogandis eleemosynis largi sint, ceteris sint oportet, mala se numquam morte exstinguendos: cum nimirum tot tantaque pro ijs precibusque fundantur, quæ non exaudiri non possunt.

Serm. 5. de verb. Dom. *Mendici Dei sumus* scribit magnus Augustinus *ut agnoscat ille mendicos suos, agnoscamus nos ipsos.* Ille enim accipere à Deo eleemosynam meretur qui eandem in pauperes erogare non vult.

Eleemosynam facere Charitatem igitur exercete Sacerdotes; qui eleemosynam facit, facit iustitiam: *cum enim qualibet necessaria indigentibus ministramus, illis reddimus, nostra non largimur.* E contra vero *Greg. 3. p.* qui pauperibus eleemosynam denegat, eorum *Past.* bona retinet, iniustitiæ reus est, iniquus est, & infarius.

Dare pauperi propria dare est. Cum pauperibus necessaria suppeditamus, eodem loco idem Pontifex, propria eis reddimus non nostra, & iustitiæ potius debitum solvimus quam misericordiæ opus implemus. atque idem *Matth. 6.* veritas ipsa de misericordiæ exercitio loquitur ait, *Videte, ne iustitiam vestram coram hominibus*

ciatis. cum qua Psalmista coincidit dicens *Disper-
sit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saculum* *psal. 112.*
saculi. E quibus verbis colligo, eleemosynam
facere, non tam actum misericordiae & compassi-
onis esse quam iustitiae; est enim illis reddere
quod proprium est; qui verò secus faxit, latro
est & alienorum detentor.

Terribile est, quod S. Hieronymus refert, di-
citque ideo Deum rerum penuriam ac famem in
orbem immittere, quòd eleemosynae in pauperes
non erogentur: *Si quando fames & penuria, inquit, mor-
tuum omnium egestas opprimit mundum, sciamus* *fames ori-
tur ex elec-
mosynae
raritate.*
hoc ex ira Dei descendere, qui in pauperibus, si non *in Malach.*
*suscipiant eleemosynam, fraudari, & hereditate pri-
uari legitur.* O casum terribilem! Cùm igitur Sa-
cerdos eleemosynam non irrogat, Deo iniuriam
irrogat, creatorem iritat, & de huiusmodi iniusti-
tiae vindictam cogit sumere.

Sacerdotes igitur & Ecclesiae ministri verè sibi
meruant, qui in terris sanctorum, quae in eorum
sunt possessione, tam nefaria committunt; non e-
nim contenti stipendijs quibus contenti vivere
deberent, superflua è quibus enutrirì sustentariq;
pauperes deberent, nefariè & sacrilegè detinent,
ne graue ducunt pecuniam pauperum, quo super-
biae & libidinibus suis satisfaciant, nequiter ab-
sumere; in quo profectò duplici iniquitate pec-
cant, & quòd aliena diripiant, & sacris in suas li-
bidines & vanitates abutantur. *Duplex*
peccatum.
Sacerdotis.
*sacris abu-
tentis.*
haud dubiè peccata vestra, Sacerdotes, cùm opu-
lentos illos redditus tam sceleratè impenditis, in
vanitates erogando quod pauperibus datum o-
portuit.

Va va tibi Clerice, exclamat idem Bernardus, in orat.

Bonis Ec-
clesiæ sapi-
enter uten-
dum.

mors in olla, mors in tuis delicijs est: ideo presertim, quòd quæ comedis peccata sint populi. Sumptus Ecclesiasticos gratis habere te putas? Cantando, ut aiunt tibi provenire videntur? bonum erat magis fodere aut mendicare: peccata enim populi comedis. Vide igitur ut fleas, quasi, qui de omnibus rationem debeas reddere, utque fructus dignos facies penitentia; scias alioquin, quòd quæ modò negligis, & inter delicias comedis, tandem aliquando à te exigentur, & ob ea acerrimè castigaberis. Vos ipsos igitur, avari Sacerdotes perditis, vobis ipsi damnationem adfertis; satiùs lògè esset vobis, terram fodere aut arare, quàm tantam in pauperes ingratitude ostendendo, tam dilu- lute & avarè vivere.

Sacrilegiū
cōmittunt
qui bonis
pauperum
ali volunt
cū opibus
abundent.
Hieron. ad
Damas. 16.
q. 1. c. fin.

Consentaneum & æquissimum est, Sacerdotes qui patrimonio carent, & opibus non ita largi instructi sunt, Ecclesiasticis bonis vivere: at si cum bonis fortunæ abundant, & de paterna hereditate largè vivere possunt, quòd pauperum est accipiant, & Ecclesiastica beneficia ambiant, certissimum verè sacrilegium committere, & per ambitionem talem iudicium sibi manducare & bibere, æternamque in caput suum damnationem invocare. Hæc vobis metum incutiant, Sacerdotes & scitote quando tantis Ecclesiæ bonis abutemini, quæ patrimonium pauperum sunt, sacrilegium vos committere, & æternum vobis supplicium arcessere.

lib. 2. de vit.
contemp. c. 1

Denique Sacerdotes, recordemini sententiam illius Beati Prosperi, Sacerdos cui dispensatio cura commissæ est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensationem, & fideliter dispensat accepta, vel omnia parentibus, vel Ecclesiæ relinquendo, & egregio

dam paupertatis affectu, numero pauperum se aggregando, aded vt cum pauperes enutriet, voluntariam ipse paupertatem amplectatur. Sapientes igitur illi Sacerdotes sunt, qui hac ratione sese gerunt, tamque prudenter reditus & bona Ecclesiastica dispensent, vt nec Deus offendatur, nec conscientia grauetur, nec vllum de iis conquirendi occasionem pauperes inueniant.

Quomodo Sacerdos bona Ecclesiae debeat administrare,

CAPVT VII.

SACERDOTES DOCTI SINT OPORTET & eruditi.

IN veteri legi praecepit olim Deus, vt Aaronis Rationali duo haec verba, velut symbolu quoddam inscriberentur; *Doctrina & veritas*, semperque, quoties tabernaculu ingrederetur, pectori affigeret: *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quae erunt in pectore Aaron.* Iam tunc denotare DEVS voluit, Sacerdotes successores suos, sapientes & doctos esse, & nunquam in templum & Ecclesiam se insinuare debere, nisi duas has dotes animae insculptas gerant.

Doctrina Sacerdoti necessaria, Exod. 28.

In Leuitico quoque inhibuit Deus, ne caecus altare sacru accederet, nec panes Domino offerret, nec vllu sacru ministerium perageret: *Homo de semine tuo per familias qui habuerit macula, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si caecus fuerit, si claudus.* Caecus vero indocti symbolum est: quod enim oculus

Leuit. 21.

N 4 corpori